



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Quinta. In eadem onera. Cap. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

prietatis, est multum expendenda consuetudo Regionum, solet autem, ut plurimum esse multo minor, quam sit pretium præsentis utilitatis, quæ venditur in hoc contractu. Præsentis utilitatis, dico, nam futura utilitas, quæ proveniet ex melioramentis ab Emphyteuta faciendis pertinet ad ipsum Emphyteutam, qui ea melioramenta faciet. Nec tamen inferior in dicti Canonis taxa definienda, debere haberi rationem non solum dictæ utilitatis veienti in genere, sed hujus rei specialis, quæ inesse à prudenti viro, & experto affirmatur in hac peculiari re, quæ datur in Emphyteusim, pluris enim valet dominium urile hujus prædiū in perpetuum, quam ad aliquot annos: pluris, quando res, vinea v. g. recenter plantata, sine multo labore speratur esse melioranda, & uberioris fructificatura, quam vicina effera, & vetus: pluris, si, ut fructus vendi possint, debeant ii cum paucis expensis ad locum vicinum deportari, quam, si ad longè distantem, &c.

7. Inquires Tertio, an possit Proprietarius Primo, non approbare alienationem, quam intendit facere Emphyteuta, seu, ut loquimur, non dare investituram novo Emphyteutæ. Secundo, an possit nolle accipere Laudemium, immo & Canonem?

Respondeo ad Primum, non posse, si res alienanda sit ad hominem aptum, & qui pensionem solvere possit, legitimèque solvere promittat. Quare tunc Proprietarius tenebitur astentiri, solumque duos menses habebit ad deliberandum, utrum ipse velit præferri, necne. Respondeo ad Secundum, nec posse, si opportuno loco, & tempore, tum Laudemium, tum Canon offeratur, & nolit liberaliter remittere. Ratio utriusque responsionis est, quia tunc Emphyteuta jure suo alienandi dominium utile, quod suum est, utitur, Laudemiumque & Canonem justè, & sine mora offert, cur ergo illi non erit acquiescendum? Lege Re-

bellum, & aliof-  
que.

\*

## C A P U T VI.

## Quinta Proprietas.

*Successio in eadem onera.*

1. **Q**uod casdem habeat obligationes, successor legitimus, quas contraxit ex justo contractu prædecessor emphyteuta, nimis est manifestum, quare nihil in hoc amplius immorandum.

2. Quæres tamen, qua ratione successori bus deveniant ea, quæ prædecessores acceperunt in Emphyteusim?

Respondeo. Longa est, & propria Jurispeitorum hæc tractatio: Illa ergo ab isidem b. b Clar. de (nec omittantur Theologi c.) erit merito re- Emphyt. Bart. in quiranda.

3. Notant autem nonnulli d. in Emphyteusi, & multo magis in Feudo, non succedere filias faminas, nisi expressè aliud ex- De Sacro- primatur (Adderem ego, & nisi alicubi Sanctis Eccl. Rodoan. nomine filiorum non veniant filiæ, quic- de spol. Ec- quid sit, an veniant in ultimis voluntati- clejast. bus, sed certè in his, & similibus maxime Cov. 2va- perpendendæ sunt (altra confuetudinem, riar c. 18. quam ego modo addidi) leges municipales c. Mol. d.

482. C. a.

lib. Azo. 3

p. lib. 10. c.

10. Fillius.

Tr. 36. c. 8

d. Bon. d. 3.

C A P U T VII.

De Livello.

1. **L**icet communiter etiam Feudum, & Emphyteusim vocari possint Libel- de contr. q. lum, seu Livellum, seu contractus 8. p. 2 n. 34 Libellarius, proprietamen Libellum est con- V. Septimo tractus Subfeudalis, seu Subemphytentius, sequitur. quo scilicet quis Feudum, vel Emphyteusim ab aliis accepta, alteri tradit sub iusta, & qua- si ad Libellam mensurata pensione (de qua mensurazione, qualis ea esse debeat, vide Sil- vest. e.) Sicut enim Conductor potest rem e Silv. V. conductam justo pretio sublocare, sic Emphyteuta rem acceptam in Emphyteusim po- q. 16. test alteri, ut ita dicam, subemphytenticare.

2. Nihil ergo de hoc contractu est di- cendum, quod ex aliatis in superioribus colligi non possit, cum Libellum, ut dico, vere